

## Psalmus responsorius

Ps 95, 1-2a. 2b-3. 11-12a. 12b-13 (R̄.: Lc 2, 11)

R̄. Hódie natus est nobis Salvátor,  
qui est Christus Dóminus.

<sup>1</sup> Cantáte Dómino cánticum novum,  
cantáte Dómino, omnis terra.

<sup>2</sup> Cantáte Dómino, benedícite nómini eius. R̄.

Annuntiáte de die in diem salutáre eius.

<sup>3</sup> Annuntiáte inter gentes glóriam eius,  
in ómnibus pópulis mirabília eius. R̄.

<sup>11</sup> Læténtur cæli et exsúltet terra,  
sonet mare et plenitúdo eius;

<sup>12</sup> gaudébunt campi et ómnia, quæ in eis sunt. R̄.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum,

<sup>13</sup> a fácie Dómini, quia venit,  
quóniam venit iudicáre terram.  
Iudicábit orbem terræ in iustítia  
et pópulos in veritáte sua. R̄.